Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

malos de medio iustorum et mittent eos in caminum ignis. Ignis tamen et sulphur quod de celo pluisse commemorat non ipsam penam gehennis supplicii flammam: sed repentinum diei illius significat adventum. Amb.

In illa hora qui fuerit in tecto et vasa eius in domo: non descendat tollere illa. Et qui in agro similiter non redeat retro. Memores estote uxoris loth. Quicumque quesierit animam suam salvam facere: perdet illam. Et quicumque perdiderit illam: vivificabit eam.

Bede. [P]?ia ipsi typhos dicte est ut probi in hac sola generationem caveant aliquid paciantur quo uberiorem mercedem accipiant in futuro; quibus dat remedium instruuntur cum dicit. In illa hora qui fuerit in tecto et vasa eius in domo: non descendat tollere illa. hoc est siquis superiora iam domus sue evincentium que virtutum culmen ascenderit: ad terrena mundi huius opera non accedat. Aug. In tecto ei est: qui excedens carnalia tamquam in aura libera spiritualiter vivit. Vasa enim in domo sunt sensus carnales quibus ad investigandam veritatem que intellectu capitur multi utentes penitus erraverunt. Caveat ergo spiritualis homo ne in die tribulationis rursus vita carnali que per sensus corporis pascitur delectatus ad vasa huius mundi tollenda descendat. Sequitur.

Et qui in agro similiter non redeat retro. id est qui operatur in ecclesia sicut paulus plantans et sicut apollo rigans: non respiciat spem secularem cui renunciat. Theophilus. Hec autem omnia mathematice pro captione ierosolimorum a domino dicta fatetur. ut si venientibus romanis qui domi consulentes descendere debent pro quibus necessariis sed potius arripere fugam: nec in agro manentes redire domum. Et nimirum in captione ierosolimorum constat hoc evenisse et tamen fore ventura in antichristi adventu. magis autem in ipso tempore consummationis: cum et tunc intolerabilis sit futura calamitas. Eusebius. Innuit ergo per hoc futuram esse persecutionem a filio perditionis in christi fideles. Diem ergo illam vocat tempus precedens finem mundi in quo qui fugit non revertatur et amittens bona non curet sed imitetur coniugem loth que post fugam in exitu de civitate sodomorum reversa: mortua est et conversa salis effecta. Unde sequitur. Memores estote uxoris loth. Ambrosius. Que ideo quia respexit retro: perdidit nature sue munus. Retro enim sathanas: retro enim sodoma. Quapropter fuge intemperantiam declinato luxuriam. Recordare quia ille qui se velocibus studuit non reflexit ideo evasit quia pervenit ad montem. Illa quoniam ad posteriora respexit: nec mariti adiuta suffragio ad montem pervenire potuit. sed remansit. Aug. Significat ergo uxor loth eos qui in tribulatione retro respiciunt et se a spe divine promissionis avertunt. Et ideo statua salis facta est: ut admonendo homines ne hoc faciant tamquam condiat cor eorum ne sint fatui. Theophilus. Consequenter subiungit subsequentia premissorum dicens. Quicumque quesierit salvare animam suam perdet illam.

de quibus enim.

de quibus enim.